

## Introductio

### Dominica

Pater noster. Ave, Maria et Credo.

Deinde clara voce ter dicitur :

∩. Dómine, lábia mea apéries

℞. Et os meum annuntiábit laudem tuam

### Mox sequitur Psalmus 3

**D**ómine, quid multiplicáti sunt qui tríbulant me ? \* Multi insúrgunt advérsus me ; Multi dicunt ánimæ meæ : \* Non est salus ipsi in Deo ejus. Tu autem Dómine, suscéptor meus es, \* glória mea, et exáltans caput meum. Voce mea ad Dóminum clamávi ; \* et exaudivit me de monte sancto suo. Ego dormívi, et soporátus

sum ; \* et exsurrexi, quia Dóminus suscepit me.

Non timébo míllia pópuli circumdántis me. \* Exsúrge, Dómine ; salvum me fac, Deus meus.

Quóniam tu percussísti omnes adversántes mihi sine causa ; \* dentes peccatórum contrivísti.

Dómini est salus ; \* et super pópulum tuum benedíctio tua.

Glória.

### Invitatorium



**H** O- di- e, si vo- cem Dó-mi-ni audi- é-ri- tis,



\* No-lí-te obdu-rá-re cor- da vestra.  
em me- am.

Repetitur: **Hodie**

Introductio

Psalmus 94

IV\* c

V



E-ní-te, exsultémus Dómino, jubi-lémus De- o sa- lu-




tá-ri nostro : præ-occupémus fáci- em e-jus in con-fessi- óne




et in psalmis ju-bilémus e- i.

Hodie.




Quó- ni- am De-us magnus Dó-minus, et Rex magnus su-per om-



nes de- os : quóni- am non re-pél-let Dómi-nus plebem su- am : qui-




qui- a in manu e- jus sunt omnes fin-es terræ, et al-ti-tú-dines món-



ti- um ip- se cónspi- cit.

\* Nolíte


## Introductio




Quó- ni- am ipsí- us est mare et i- ps fe- cit illud, et á- ri- dam fun-




davé- runt manus e- jus. Vení- te, ado- rémus et pro- cidámus an- te



De- um, plo- rémus co- ram Dómino qui fecit nos qui- a ipse est Dó-



mi- nus De- us noster, nos autem pópu- lus e- jus et oves páscu- æ




e- jus.


**Hodie.**



Hó- di- e si vocem e- jus au- di- é- ri- tis : « No- lí- te ob- durá- re cor-



da vestra, sic- ut in ex- acer- ba- ti- ó- ne secúndum di- em tenta- ti-



ó- nis in desérto, u- bi tentavé- runt me patres vestri, probavé- runt

## Introductio



et vidé-runt ó-pe-ra me- a.

\* **Nolite.**




Quadra-gínta annis próximus fu- i gene-ra-ti- ó-ni hu- ic, et di-



xi : semper hi errant corde. Ip-si ve-ro non cognovérunt vi- as




me- as quibus jurá vi in i-ra me- a : Si intro- íbunt in réqui- em



me- am. »

**Hodie.**




Gló- ri- a Patri, et Fí-li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto. Sic-ut e-rat in



prin- cípi- o, et nunc et semper, et in sæcula sæcu-ló- rum. A-

## Introductio



men.

\* *Nolite.*

*Cantores: Hodie si vocem Domini audieritis*

*Chorus: \* Nolite obdurare corda vestra.*

## Hymnus

I  
**P** Ange, lingua, glo-ri-ó-si Præ-li-um cer-támi-nis,

Et su- per Cru-cis trophæ-um Dic tri- úmphum nóbi- lem : Quá-li-

ter Red-émptor or-bis Immo-lá-tus ví-ce- rit.

**D** E pa-rén-tis pro-toplá-sti Fraude factor cóndo-lens

Quando po-mi no-xi- á-lis Morsu in mor-tem cór-ru- it: Ipse

## Introductio




lignum tunc no-tá-vit Damna ligni ut sólve-ret.


**H**



Oc o-pus nostræ sa-lú-tis ordo depo-pósce-rat ;




Mul-ti- fór-mis pro-di- tó-ris Ars ut ar-tem fálle-ret, Et me-




dé-lam ferret inde, Hostis unde læ-se-rat.

**Q**



Ando venit ergo sa-cri Pleni-tú-do témpo-ris,




Mis-sus est ab arce Patris natus, or-bis Cón-di-tor ; Atque




ventre virgi-ná-li Ca-ro factus pró-di-it.

## Introductio

**V**



Agit Infans inter arcta Cóndi- tus præ-sépi- a :




Membra pannis invo-lú-ta Virgo Ma-ter ál-li-gat: Et ma-



nus pe-désque, et cru-ra stricta cingit fá-sci- a.

**G**




Ló-ri- a et ho-nor De- o Usquequáque al-tíssi-mo,



Una Pa-tri, Fi-li- óque, Incly- to Pa- rácli- to: Cu- i



laus est et pot-é-stas Per æ-térna sáe-cu- la. A-men.



**D** Omi- ne in virtúte tu- a lætá- bi- tur Rex. E u o u a e  
Et non repetitur in psalmo.

**Psalmus 20.**

**D** ómine, in virtúte tua lætábi-  
**tur** rex, \* et super salutáre  
tuum exsultábit *veheménter*.

**2** Desidérium cordis ejus tribuísti  
ei, \* et voluntáte labiórum ejus  
non fraudásti eum.

**3** Quóniam prævenísti eum in  
benedictiónibus dulcédinis ; \*  
posuísti in cápite ejus corónam  
de lápide *pretiósó*.

**4** Vitam pétiit a te, \* et tribuísti  
ei longitúdinem diérum, in  
sæculum, et in *sæculum sæculi*.

**5** Magna est glória ejus in sa-  
lutári tuo ; \* glóriam et magnum  
decórem impónes *super* eum.

**6** Quóniam dabis eum in benedic-  
tiónem in sæculum *sæculi* ; \*  
lætificábis eum in gáudio cum  
*vultu tuo*.

**7** Quóniam rex sperat in **Dómi-**  
no, \* et in misericórdia Altíssimi  
non *commovébitur*.

**8** Inveniátur manus tua ómnibus  
inimícis **tuis** ; \* dextera tua invé-  
niat omnes qui *te odérunt*.

**9** Pones eos ut clíbanum ignis in  
témptore vultus tui :† **Dóminus** in  
ira sua conturbábit eos, \* et de-  
vorábit *eos ignis*.

**10** Fructum eórum de terra  
**perdes**, \* et semen eórum a *fíliis*  
**hóminum**,

**11** Quóniam declinavérunt in te  
**mala** ; \* cogitavérunt consília  
quæ non potuérunt *stabilíre*.

**12** Quóniam pones eos **dor-**  
sum ; \* in reliquiis tuis præ-  
parábis *vultum eórum*.

**13** Exaltáre, **Dómine**, in virtúte  
**tua** ; \* cantábimus et psallémus  
*virtútes tuas*.

**Psalmus 21**

**D** eus, Deus meus, réspice in  
me :† quare me dereli-  
**quisti** ? \* longe a salute mea ver-  
ba delictórum *meórum*.

**2** Deus meus, clamábo per diem,  
et non exáudies ; \* et nocte, et  
non ad insipiéntiam **mihi**.

**3** Tu autem in sancto **hábitas**, \*  
*laus Israël*.

**4** In te speravérunt patres **nos-**  
tri ; \* speravérunt, et liberásti  
eos.

**5** Ad te clamavérunt, et salvi **fac-**  
ti sunt ; \* in te speravérunt, et  
non *sunt confúsi*.

**6** Ego autem sum vermis, et non  
**homo** ; \* oppróbrium hóminum,  
et abjéctio **plebis**.



**7** Omnes vidéntes me derisérunt me ; \* locúti sunt lábiis, et *movérunt caput*.

**8** Sperávit in Dómino, erípiat eum : \* salvum fáciat eum, quóniam *vult eum*.

**9** Quóniam tu es qui extraxísti me de ventre, \* spes mea ab ubéribus **matris meæ**.

**10** In te projéctus sum ex útero ; † de ventre matris meæ Deus meus **es tu** : \* ne discésseris a me,

**11** Quóniam tribulátio próxima est, \* quóniam non *est qui ádjuvet*.

**12** Circumdedérunt me vítuli **multi** ; \* tauri pingues *obsederunt me*.

**13** Aperuérunt super me os **suum**, \* sicut leo rápiens et **rúgiens**.

**14** Sicut aqua effúsus sum, \* et dispérsa sunt ómnia **ossa mea** :

**15** Factum est cor meum tamquam cera **liquéscens** \* in médio **ventris mei**.

**16** Áruit tamquam testa virtus mea, † et lingua mea adhæsit fáucibus **meis** : \* et in púlverem mortis *deduxísti me*.

**17** Quóniam circumdedérunt me canes **multi** ; \* concílium malignántium *obsédit me*.

**18** Foderunt manus meas et pedes **meos** ; \* dinumeravérunt ómnia **ossa mea**.

**19** Ipsi vero consideravérunt et

inspexérunt me. † Divisérunt sibi vestiménta **mea**, \* et super vestem meam *misérunt sortem*.

**20** Tu autem, Dómine, ne elongáveris auxiliúm tuum a me ; \* ad defensiónem *meam cónspice*.

**21** Érue a frámea, Deus, ánimam **meam**, \* et de manu canis *únicam meam*.

**22** Salva me ex ore leónis, \* et a córnicibus unicórniúm *humilitátem meam*.

**23** Narrábo nomen tuum frátribus **meis** ; \* in médio ecclésiæ *laudábo te*.

**24** Qui timétis Dóminum, laudáte eum ; \* univérsum semen Jacob, *glorificáte eum*.

**25** Tímeat eum omne semen **Israël**, \* quóniam non sprevit, neque despéxit *deprecatiónem páuperis*,

**26** Nec avértit fáciem suam a me : \* et cum clamárem ad eum, *exaudívit me*.

**27** Apud te laus mea in ecclésia **magna** ; \* vota mea reddam in conspéctu *timéntium eum*.

**28** Edent páuperes, et saturabúntur, † et laudábunt Dóminum qui requírunt eum : \* vivent corda eórum in *sæculum sæculi*.

**29** Reminiscéntur et converténtur ad Dóminum \* univérsi *fines terræ* ;

**30** Et adorábunt in conspéctu ejus \* univérsæ *famíliae gén-*

In primo nocturno


tium :

**31** Quóniam Dómini est regnum, \* et ipse dominábitur géntium.

**32** Manducavérunt et adoravérunt omnes pingues terræ ; \* in conspéctu ejus cadent omnes qui descéndunt in terram.

**33** Et ánima mea illi vivet ; \* et semen meum sérviet ipsi.

**34** Annuntiábitur Dómino generátio ventúra ; † et annuntiábunt cæli justítiam ejus pópulo qui nascétur, \* quem *fecit* Dóminus.




Dó-mi-ne in virtúte tu-a lætá- bi-tur Rex.

2Ant  
IV A



**D** Ómi-nus regit me et nihil mihi dé-e-rit, in loco pás-cu-



æ ibi me collo-cávit. E u o u a e.

Et non repetitur in psalmo.

**Psalmus 22**

**D**óminus regit me, et nihil mihi déerit : \* in loco pás-cuæ, ibi me collocávit.

**2** Super aquam refectionis educávit me ; \* ánimam meam convértit.

**3** Dedúxit me super sémitas justítiae \* propter nomen suum.

**4** Nam etsi ambulávero in médio umbræ mortis, non timébo mala, \* quóniam tu mecum es.

**5** Virga tua, et báculo tuus, \* ipsa me consoláta sunt.

**6** Parásti in conspéctu meo men-

sam \* advérsus eos qui trébulant me ;

**7** Impinguásti in óleo caput meum : \* et calix meus iné-brians, quam præclárus est !

**8** Et misericórdia tua subsequétur me \* ómnibus diébus vitæ meæ ;

**9** Et ut inhábitem in domo Dómini \* in longitúdinem diérum.

**Psalmus 23**

**D**ómini est terra, et plenitúdo ejus ; \* orbis terrárum, et univérsti qui hábitant in eo.

**2** Quia ipse super mária fundávit eum, \* et super flúmina præ-

In primo nocturno

*parávit eum.*

**3** Quis ascéndet in *montem* Dómini ? \* aut quis stabit in loco *sancto* ejus ?

**4** Innocens mánibus et mundo corde, † qui non accépit in vano *ánimam* suam, \* nec jurávit in dolo *próximo* suo :

**5** Hic accípiet benedictiónem a Dómino, \* et misericórdiam a Deo *salutári* suo.


**6** Hæc est generátio quæréntium eum, \* quæréntium fáciem *Dei* Jacob.

**7** Attóllite portas, príncipes, vestras, † et elevámini, portæ *æternáles*, \* et introíbit *rex glóriæ*.


**8** Quis est iste rex glóriæ ? † Dóminus fortis et **potens**, \* Dóminus *potens* in **prælio**.

**9** Attóllite portas, príncipes, vestras, † et elevámini, portæ *æternáles*, \* et introíbit *rex glóriæ*.

**10** Quis est iste *rex glóriæ* ? \* Dóminus virtútum *ipse est rex glóriæ*.




Dómi-nus regit me et nihil mihi dé-e-rit, in loco pásclu-



æ ibi me collo-cávit.

3Ant  
IVA



**O** Cu-li me- i semper ad Dóminum. E u o u a e.

**Psalmus 24**

**A**d te, Dómine, levávi *áni-mam* meam : \* Deus meus, in te confído ; *non erubéscam*.

**2** Neque irrídeant me *inimíci mei* : \* étenim univérsti qui sústinent te, *non confundéntur*.

**3** Confundántur omnes *iníqua agéntes* \* *supervácue*.

**4** Vias tuas, Dómine, *demonstra*

*mihi*, \* et sémitas tuas *édoce* me.

**5** Dírige me in veritáte tua, et **doce** me, \* quia tu es Deus salvátor meus, et te sustínui *tota die*.

**6** Reminíscere miseratiónum tuárum, Dómine, \* et misericordiárum tuárum quæ *a sæculo* sunt.

**7** Delícta *juventútis* meæ, \* et

ignorántias meas, *ne memíneris*.

**8** Secúndum misericórdiam tuam meménto **mei** tu, \* propter bonitátem tuam, **Dómine**.

**9** Dulcis et *rectus* **Dóminus** ; \* propter hoc legem dabit delinquentibus in **via**.

**10** Díriget mansuétos in **judício** ; \* docébit mites *vias suas*.

**11** Univérsæ viæ **Dómini**, misericórdia et **véritas**, \* requiréntibus testaméntum ejus et *testimónia* ejus.

**12** Propter nomen tuum, **Dómine**, propitiáberis **peccáto meo** ; \* *multum est enim*.

**13** Quis est homo qui *timet* **Dóminum** ? \* legem státuit ei in *via quam elégit*.

**14** Anima ejus in bonis *demorábitur*, \* et semen ejus *hæreditábit terram*.

**15** Firmaméntum est **Dóminus** *timéntibus eum* ; \* et testaméntum ipsíus ut *manifestétur illis*.

**16** Oculi mei *semper ad* **Dóminum**, \* quóniam ipse *evéllit de láqueo pedes meos*.

**17** Réspice in me, et *miserére mei*, \* quia *únicus et pauper sum ego*.

**18** Tribulatiónes cordis mei *multiplicátæ sunt* : \* de necessitátibus meis *érue me*.

**19** Vide humilitátem meam et *labórem meum*, \* et dimítte univérsa *delícta mea*.

**20** Réspice inimícos meos, quóniam *multiplicáti sunt*, \* et odio *iníquo odérunt me*.

**21** Custódi ánimam meam, et *érue me* : \* non erubéscam, quóniam *sperávi in te*.

**22** Innocéntes et recti *adhæsérunt mihi*, \* quia *sustínui te*.

**23** Líbera, *Deus*, **Israël** \* ex ómnibus *tribulatióibus suis*.

### Psalmus 25

**J**údice me, **Dómine**, quóniam ego in innocéntia mea *ingrésus sum*, \* et in **Dómino** sperans *non infirmábor*.

**2** Proba me, **Dómine**, et **tenta me** ; \* ure renes meos et **cor meum**.

**3** Quóniam misericórdia tua ante **óculos meos** est, \* et complácu in **veritate tua**.

**4** Non sedi cum concílio *vanitátis*, \* et cum iníqua geréntibus *non introíbo*.

**5** Odívi *ecclésiam malignántium*, \* et cum *ímpis non sedébo*.

**6** Lavábo inter innocéntes *manus meas*, \* et circúmdabo *altáre tuum*, **Dómine** :

**7** Ut áudiam *vocem laudis*, \* et enárrem univérsa *mirabilia tua*.

**8** **Dómine**, diléxi decórem *domus tuæ*, \* et locum *habitatiónis glóriæ tuæ*.

**9** Ne perdas cum *ímpis*, **Deus**, *ánimam meam*, \* et cum viris *sánguinum vitam meam* :

In primo nocturno

**10** In quorum mánibus iniquitátes sunt ; \*déxtera eórum repléta est munéribus.

**11** Ego autem in innocéntia mea

*ingréssus* sum ; \*rédime me, et miserére mei.

**12** Pes meus stetit *in dirécto* ; \*in ecclésiis *benedícam te*, Dómine.



Ocu- li me- i semper ad Dóminum.

Ÿ. Erue a frámea, Deus, ánimam meam.

℞. Et de manu canis únicam meam.

Pater noster *secreto usque ad*

Ÿ. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℞. Sed líbera nos a malo.

*Absolutio.*

**E**xáudi, Dómine Jesu Christe, preces servórum tuórum, † et miserére nobis: \* Qui cum Patre et Spíritu Sancto vivis et regnas in sácula sæculórum.

℞. Amen.

*Lector:*

Jube, Dómne, benedícere.

*Præsidium chori:*

Benedictióne perpétua \* benedícat nos Pater ætérmus.

℞. Amen.

Incipit liber Jeremíæ Prophétæ.

*Lectio I*

*Jer 1,1-19*

**V**erba Jeremíæ fílii Helcíæ, de sacerdotibus qui fuérunt in Anáthoth, in terra Bénjamin. Quod factum est verbum Dómini ad eum in diébus Josíæ fílii Amon, regis Juda, in tertiodécimo anno regni ejus. Et factum est in diébus Jóakim fílii Josíæ, regis Juda, usque ad consummatiónem undécimi anni Sedécíæ, fílii Josíæ, regis Juda, usque ad transmigratiónem Jerúsalem, in mense quinto. Et factum est verbum Dómini ad me, dicens : Priúsquam te formárem in útero, novi te, et ántequam exíres de vulva, sanctificávi te, et prophétam in


In primo nocturno

géntibus dedi te. Et dixi : A, a, a, Dómine Deus, ecce néscio loqui, quia puer ego sum.

**T**u autem Dómine, miserére nobis.  
R̄. Deo grátias.

Lev 23,4

R̄. VII



**I** Sti sunt di- es quos obser-vá- re de-bé-  
tis tempó- ri- bus su- is: \* Quarta-décima di- e ad  
véspe- rum Pascha Dómini est, et in quintadéci-ma so-  
lemni- tá-tem ce- lebrá- bi- tis al- tís- si- mo Dó-  
mi- no. V̄. Locú- tus est Dómi-nus ad Mo- y- sen di- cens:  
Ló- que- re fí- li- is Isra-el et di- ces ad e- os.

\* Quarta dé-ci-ma di- e

In primo nocturno

Lector:

Jube, Dómnne, benedícere.

Præsídium chori:

Unigénitus Dei Fílius \* nos benedícere et adjuváre dignétur.


℞ Amen.

Lectio II


**E**t dixit Dóminus ad me : Noli dícere : Puer sum : quóniam ad  
Dómnia quæ mittam te ibis, et univérſa quæcúmque mandávero tibi  
lóqueris. Ne tíneas a fácie eórum, quia tecum ego sum ut éruam te,  
dicit Dóminus. Et misit Dóminus manum suam, et tétigit os meum, et  
dixit Dóminus ad me : Ecce dedi verba mea in ore tuo : ecce constítui  
te hódie super gentes et super regna, ut evéllas, et déstruas, et dispér-  
das, et díssipes, et ædífices, et plantes. Et factum est verbum Dómini  
ad me, dicens : Quid tu vides, Jeremía ? Et dixi : Vírgam vigilántem  
ego vídeo. Et dixit Dóminus ad me : Bene vidísti : quia vigilábo ego  
super verbo meo, ut fáciam illud. Et factum est verbum Dómini  
secúndo ad me, dicens : Quid tu vides ? Et dixi : Ollam succénsam  
ego vídeo, et fáciem ejus a fácie aquilónis.  
Tu autem Dómine.

Ps 3,2.3.7 ✞ Ps 12,5


℞ VIII



**M** Ul-ti-pli-cá-ti sunt qui trí-bu-lant me, et



di-cunt : Non est sa-lus il-li in De-o e-jus \* Ex-súr-



ge, Dó-mine, sal-vum me fac, De-us me-us.

In primo nocturno



Ÿ. Nequándo di-cat in-i- mí-cus me- us, Prævá-lu- i ad-



vér-sus e- um. \* Exsúr-ge.

**Lector:**

Jube, Dómnne, benedícere.

**Præsidium chori:**

Spíritus Sancti grátia \* illúminet sensus et corda nostra.

℞. Amen.

**Lectio III**

**E**t dixit Dóminus ad me : Ab aquilóne pandétur malum super omnes habitatóres terræ : quia ecce ego convocábo omnes cognatiónes regnórum aquilónis, ait Dóminus : et vénient, et ponent unusquisque sólium suum in intróitu portárum Jerúsalem, et super omnes muros ejus in circúitu, et super univérsas urbes Juda : et loquar judícia mea cum eis super omnem malítiam eórum qui dereliquérunt me, et libavérunt diis aliénis, et adoravérunt opus mánuum suárum.

*Ps 12,3-4 Ÿ. Idem,5*




**U**S-quequo ex- al-tá- bi- tur in-imícus me-



us super me ? \* Ré-spi- ce, et exáu-di me,



In primo nocturno



Dó- mine, De- us me- us. ̶ Qui trí-bu-lant me, exultá-



bunt, si mo-tus fú- e- ro : ego au-tem in mi- se-ri-córdi- a tu-



a spe- rá- vi. \* Ré- spi- ce.

**Lector:**

Jube, Dómnne, benedícere.

**Præsidium chori:**


In unitáte Sancti Spíritus \* benedícat nos Pater et Fílius.

̶ Amen.

**Lectio IV**

**T**u ergo, accíngē lumbos tuos, et surge, et lóquere ad eos ómnia quæ ego præcípío tibi. Ne formídes a fácie eórum, nec enim tímère te fáciam vultum eórum. Ego quippe dedi te hódie in civitátem munitam, et in colúmnam férream, et in murum áereum, super omnem terram, régibus Juda, princípibus ejus, et sacerdotibus, et pópulo terræ. Et bellábunt advérsus te, et non prævalébunt, quia ego tecum sum, ait Dóminus, ut líberem te.

*Ps 70, 4-5 ̶ Idem, 2*



**D**E- us me- us, é- ri- pe me de ma- nu


In primo nocturno



pecca- tó- ris, et de ma-nu contra le-gem a-gén- tis et




in- í- qui, \* Quó- ni- am tu es pa- ti- én- ti- a me- a.



∿ E-ri-pe me de in-imí-cis me-is, De-us me- us, et ab in-



sur-génti-bus in me lí- be- ra me. \* Quó- ni- am.



∿ De-us me- us

4Ant  
I G2

**D**

Omin- us defén-sor vi-tæ me-æ. E u o u a e

**Psalmus 26**

**D**óminus illuminátio mea et salus mea : \* *quem timébo ?*

**2** Dóminus protéctor vitæ meæ : \* a quo *trepidábo ?*

**3** Dum apprópíant super me nocéntes \* ut edant *carnes meas,*

**4** Qui tríbulant me inimíci mei, \* ipsi infirmáti sunt et *cecidérunt.*

**5** Si consístant advérsus me castra, \* non timébit *cor meum ;*

**6** Si exsúrgat advérsus me *prælium,* \* in hoc ego *sperábo.*

**7** Unam pétii a Dómino, *hanc requíram,* \* ut inhábitem in domo Dómini ómnibus diébus *vitæ meæ ;*

**8** Ut vídeam voluptátem Dómini, \* et vísitem *templum ejus.*

**9** Quóniam abscondit me in tabernáculo suo ; \* in die malórum protéxit me in abscondito tabernáculi sui.

**10** In petra exaltávit me, \* et nunc exaltávit caput meum super inimícos meos.

**11** Circuívi, et immolávi in tabernáculo ejus hóstiam vociferatiónis ; \* cantábo, et psalmum *dicam Dómino.*

**12** Exáudi, Dómine, vocem meam, qua clamávi **ad** te ; \* mi-

serére mei, *et exáudi me.*

**13** Tibi dixit cor meum : Exquisívit te **fácies mea** ; \* fáciem tuam, Dómine, *requíram.*

**14** Ne avértas fáciem tuam a me ; \* ne declínes in ira a *servo tuo.*

**15** Adjutor **meus esto** ; \* ne derelínquas me, neque despicias me, Deus *salutáris meus.*

**16** Quóniam pater meus et mater mea dereliquérunt me ; \* Dóminus autem *assúmpsit me.*

**17** Legem pone mihi, Dómine, in **via tua,** \* et dirige me in sémitam rectam, propter inimícos meos.

**18** Ne tradíderis me in ánimas tribulántium me, † quóniam insurrexérunt in me **testes iníqui,** \* et mentíta est *iníquitas sibi.*

**19** Credo vidére **bona Dómini** \* in terra *vivéntium.*

**20** Expécta Dóminum, **viríliter age** : \* et confortétur cor tuum, et *sústine Dóminum.*

**Psalmus 27**

**A**d te, Dómine, clamábo ; Deus meus, ne síleas a me † : nequándo **táceas a me,** \* et assimilabor descendéntibus in **lacum.**

**2** Exáudi, Dómine, vocem deprecatiónis meæ dum **oro ad** te ; \*

dum extollo manus meas ad templum *sanctum tuum*.

**3** Ne simul trahas me cum peccatóribus, \* et cum operántibus iniquitátem *ne perdas me* ;

**4** Qui loquúntur pacem cum **próximo suo**, \* mala autem in *córdibus eórum*.

**5** Da illis secúndum **ópera eórum**, \* et secúndum nequítiam *adinventiónum ipsórum*.

**6** Secúndum **ópera mánuum eórum** **tríbue illis** ; \* redde retributióne *eórum ipsis*.

**7** Quóniam non intellexérunt **ópera Dómini**, † et in **ópera mánuum ejus** **déstrues illos**, \* et

non *ædificábis eos*.


**8** **Benedíctus Dóminus**, \* quóniam exaudivit vocem *deprecatiόνis meæ*.

**9** Dóminus **adjútor meus** et **protéctor meus** ; \* in ipso sperávit cor meum, *et adjútus sum* :

**10** Et reflóruit **caro mea**, \* et ex voluntáte mea *confitébor ei*.

**11** Dóminus fortitúdo **plebis suæ**, \* et **protéctor salvatiónum Christi sui** est.

**12** Salvum fac pópulum tuum, Dómine, et **bénedic hæreditáti tuæ** ; \* et rege eos, et extolle illos usque *in ætérnum*.



Dómi- nus de- fénsor vi- tæ me- æ.



**A** Dorá- te Dómi- num in aula sancta e- jus. E u o u a e

**Psalmus 28**

**A**fférte Dómino, **fílii Dei**, \* afférte Dómino **fílios aríe- tum**.

**2** Afférte Dómino glóriam et honórem ; † afférte Dómino glóriam nómini **ejus** ; \* adoráte Dóminum in átrio *sancto ejus*.

**3** Vox Dómini super **aquas** ; † Deus **majestátis intónuit** : \*

Dóminus super *aquas multas*.

**4** Vox Dómini in **virtúte** ; \* vox Dómini in *magnificéntia*.

**5** Vox Dómini **confringéntis cedros**, \* et **confrínget Dóminus cedros Líbani** :

**6** Et **commínuet eas**, tamquam vítulum **Líbani** ; \* et **diléctus quemádmódu** *fílius unicór- nium*.

**7** Vox Dómini intercidéntis flammam ignis ;† vox Dómini concutiéntis *desértum* : \* et commovébit Dóminus *desértum Cades*.

**8** Vox Dómini præparántis cervos : et revelábit *condénsa*, \* et in templo ejus omnes *dicent glóriam*.

**9** Dóminus dilúvium inhabitáre *facit*, \* et sedébit Dóminus rex *in ætérnum*.

**10** Dóminus virtútem pópulo suo *dabit* ; \* Dóminus benedícet pópulo suo *in pace*.

**Psalmus 29**

**E**xaltábo te, Dómine, quóniam suscepísti me, \* nec delectásti inimícos *meos super* me.

**2** Dómine Deus meus, clamávi *ad* te, \* *et sanásti* me.

**3** Dómine, eduxísti ab inférno ánimam *meam* ; \* salvásti me a *descendentibus in lacum*.

**4** Psállite Dómino, sancti *ejus* ; \* et confitémini *memóriæ sanctitátis ejus*.

**5** Quóniam ira in indignatióne

*ejus*, \* et vita in *voluntáte ejus* :

**6** Ad vésperum demorábitur *fletus*, \* et ad matutínium *lætítia*.

**7** Ego autem dixi in abundántia *mea* : \* Non movébor *in ætérnum*.

**8** Dómine, in voluntáte *tua*, \* præstitísti decóri meo *virtútem* .

**9** Avertísti fáciem tuam *a* me, \* et factus sum *conturbátus*.

**10** Ad te, Dómine, clamábo, \* et ad Deum meum *deprecábor*.


**11** Quæ utilitas in sáanguine *meo*, \* dum descéndo in *corruptiÓNem* ?

**12** Numquid confitébitur tibi *pulvis*, \* aut annuntiábit *veritátem tuam* ?

**13** Audívit Dóminus, et misértus est *mei* ; \* Dóminus factus est *adjútor meus*.


**14** Convertísti planctum meum in gáudium *mihi* ; \* conscidísti *sacrum meum*, et circumdedísti *me lætítia* :

**15** Ut cantet tibi glória mea, et non *compúngar*. \* Dómine Deus meus, in ætérnum *confitébor tibi*.



Adorá-te Dómi-num in aula sancta e-jus.

6Ant  
VIII a



**I**N tu- a justí- ti- a lí-be-ra me, Dó-mine. E u o u a e

**Psalmus 30**

**I**n te, Dómine, sperávi ; non  
confúndar in ætérnum : \* in  
justítia tua *líbera* me.

**2** Inclína ad me aurem **tuam** ; \*  
accélera ut *éruas* me.

**3** Esto mihi in Deum pro-  
tectórem, et in domum refúgii, \*  
ut *salvum me fácias* :

**4** Quóniam fortitúdo mea et  
refúgium meum **es** tu ; \* et prop-  
ter nomen tuum dedúces me et  
*enútries* me.

**5** Edúces me de láqueo hoc quem  
abscondérunt **mihi**, \* quóniam tu  
es *protéctor meus*.

**6** In manus tuas comméndo spíri-  
tum **meum** ; \* redemísti me,  
Dómine Deus *veritátis*.

**7** Odísti observántes vanitátes \*  
*supervácue* ;

**8** Ego autem in Dómino  
sperávi ; \* Exsultábo, et lætabor  
in misericórdia **tua**,

**9** Quóniam respexisti humi-  
litátem **meam** ; \* salvásti de ne-  
cessitátibus *ánimam meam*.

**10** Nec conclusísti me in mánibus  
inimíci : \* statuísti in loco spa-  
tióso *pedes meos*.

**11** Miserére mei, Dómine,  
quóniam tríbulo ; † conturbátus

est in ira óculus **meus**, \* ánima  
mea, et *venter meus*.

**12** Quóniam defécit in dolóre vita  
**mea**, \* et anni mei *in gemítibus*.

**13** Infirmáta est in paupertáte vir-  
tus **mea**, \* et ossa mea *con-  
turbáta* sunt.

**14** Super omnes inimícos meos  
factus sum oppróbrium, et vicínis  
meis **valde**, \* et timor *notis  
meis* ;

**15** Qui vidébant me foras fugé-  
runt **a** me ; \* obliuióni datus sum,  
tamquam *mórtuus a corde* ;

**16** Factus sum tamquam vas **pér-  
ditum** : \* quóniam audívi vitupe-  
ratiónem multórum com-  
morántium *in circúitu*.

**17** In eo dum convenírent simul  
advérsus me, \* accípere ánimam  
meam *consiliáti* sunt.

**18** Ego autem in te sperávi,  
Dómine ; † dixi : Deus meus **es**  
tu ; \* in mánibus tuis *sortes meæ* .

**19** Eripe me de manu inimicórum  
**meórum**, \* et a *persequéntibus*  
me.

**20** Illústra fáciem tuam super  
servum tuum ; † salvum me fac  
in misericórdia **tua** : \* Dómine,  
non confúndar, quóniam *invocávi*  
te.

**21** Erubéscant ímpii, et deducántur in inférnum ; \* muta fiant lábia *dolósa*.

**22** Quæ loquúntur advérsus justum iniquitátem, \* in supérbia, et in *abusióne*.

**23** Quam magna multitúdo dulcedinis tuæ, **Dómine**, \* quam abscondísti *timéntibus* te ;

**24** Perfecísti eis qui sperant in te, \* in conspéctu *filiórum hóminum* !

**25** Abscóndes eos in abscondito faciéi *tuæ*, \* a conturbatióne *hóminum* ;

**26** Próteges eos in tabernáculo *tuo*, \* a contradicióne *linguárum*.

**27** Benedíctus **Dóminus**, \* quóniam mirificávit misericórdiam suam mihi in civitáte *muníta*.

**28** Ego autem dixi in excéssu mentis *meæ* : \* Projéctus sum a fácie *oculórum tuórum* .

**29** Ideo exaudísti vocem oratiónis *meæ*, \* dum clamárem *ad* te.

**30** Dilígite **Dóminum**, omnes sancti ejus, † quóniam veritátem requíret **Dóminus**, \* et retríbuet abundánter *faciéntibus supérbiam*.

**31** Viríliter ágite, et confortétur cor *vestrum*, \* omnes qui sperátis in **Dómino**.

### Psalmus 31

**B**eáti quorum remíssæ sunt iniquitátes, \* et quorum tec-

ta sunt *peccáta*.

**2** Beátus vir cui non imputávit **Dóminus** peccátum, \* nec est in spíritu *ejus dolus*.

**3** Quóniam tácuí, inveteravérunt ossa *mea*, \* dum clamárem *tota die*.

**4** Quóniam die ac nocte graváta est super me manus *tua*, \* convérsus sum in ærúmna mea, dum confígitur *spina*.

**5** Delíctum meum cógnitum tibi *feci*, \* et injustítiam meam *non abscondi*.

**6** Dixi : Confitébor advérsus me injustítiam meam **Dómino** ; \* et tu remisísti impietátem *peccáti mei*.

**7** Pro hac orábit ad te omnis *sanctus* \* in témpore *opportúno*.

**8** Verúmtamen in dilúvio aquárum *multárum*, \* ad eum non *approximábunt*.

**9** Tu es refúgium meum a tribulatióne quæ circúmdedit me ; \* exsultátió mea, érue me a circumdántibus *me*.

**10** Intelléctum tibi dabo, et ínstruam te in via hac qua gradiéris ; \* firmábo super te *óculos meos*.


**11** Nolíte fíeri sicut equus et *mulus*, \* quibus non est *intelléctus*.

**12** In camo et freno maxíllas eórum *constrínge*, \* qui non *approximant ad* te.

In secundo nocturno

**13** Multa flagélla peccatóris ; \*  
sperántem autem in Dómino mi-  
sericórdia *circúmd*abit.

**14** Lætámíni in Dómino, et ex-  
sultáte, **justi** ; \* et gloriámíni,  
omnes *recti corde*.



In tu- a justí- ti- a lí-be-ra me, Dó-mine.

Ÿ. De ore leónis líbera me, Dómine.

℞. Et a córnibus unicórnium humilitátem meam.

Pater noster *secreto usque ad*

Ÿ. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℞. Sed líbera nos a malo.

*Absolutio.*

**I**psíus píetas et misericórdia nos ádjuvet, \* Qui cum Patre et Spíritu  
Sancto vivis et regnas in sácula sæculórum.

℞. Amen.

*Lector:*

Jube, Dómnne, benedícere.

*Præsídium chori:*

Deus Pater omnípotens \* sit nobis propítius et clemens.

℞. Amen.

Sermo sancti Leónis Papæ

*Sermo 9 de quadragesima*

*Lectio V*

**I**n ómnibus, dilectíssimi, solemnitátibus christiánis, non ignorámus  
paschále sacraméntum esse præcípuum: cui condígne et cóngrue  
suscipiéndó, totíus quidem nos témporis institúta refórmant: sed  
devotiónem nostram præséntes vel máxime dies éxigunt, quos illi  
sublimíssimo divínæ misericórdiæ sacraménto scimus esse contíguos.  
In quibus mérito a sanctis Apóstolis per doctrínam Spíritus Sancti  
majóra sunt ordináta jejúnia: ut per commúne consórtium crucis  
Christi, étiam nos áliquíd in eo, quod propter nos gessit, agerémus,  
sicut Apóstolus ait: Si compátimur, et conglorificábimur. Certa atque  
secúra est exspectátió promíssæ beatitúdinis, ubi est participátió  
Domínicæ passiónis.




In secundo nocturno


Ps 21, 11 *¶ Idem, 2*




**D** E- us me- us es tu, ne discé- das a




me : \* Quó- ni- am tribu- lá- ti- o próxi- ma est, et



non est qui ádju- vet. *¶* De- us, De- us me-us,



ré-spi-ce in me, qua-re me de-re-li- quísti ? longe a sa-



lú- te me- a. \* Quó- ni- am.

**Lector:**

Jube, Dómnne, benedícere.

**Præsidium chori:**

Christus perpétuæ \* det nobis gáudia vitæ.

**¶** Amen.

**Lectio VI**


**N**emo est, dilectíssimi, cui per conditiónem témporis societas hujus glóriæ denegétur, tamquam tranquíllitas pacis vacua sit occasiáne virtútis. Apóstolus enim prædicat, di-cens: Omnes, qui pie volunt vívere in Christo, persecutiónem patiéntur: et ídeo numquam deest tribulátió persecutiónis, si numquam desit observántia pietátis. Dóminus

In secundo nocturno

enim in exhortationibus suis dicit: Qui non accipit crucem suam, et sequitur me, non est me dignus.

Ps 21, 11 *¶ Idem, 21*

*R.* II



**I** N te jac-tá- tus sum ex ú- te- ro, de ventre ma-



tris meæ De-us me- us es tu ; ne di- scé-




das a me, \* Quó- ni- am tri-bu-lá-ti- o próxima



est, et non est qui ádju- vet. *¶* E- ru- e a fráme-



a De- us á-nimam me- am, et de manu canis ú- ni-cam



me- am. \* Quó- ni- am.

*Lector:*

Jube, Dómnne, benedícere.

*Præsidium chori:*

Ignem sui amoris \* accéndat Deus in córdibus nostris.

*R.* Amen.

In secundo nocturno

Lectio VII

**N**ec dubitare debemus, hanc vocem non solum ad discipulos Christi, sed ad cunctos fideles, totamque Ecclesiam pertinere, quae salutare suum in his, qui aderant, universaliter audiebat. Sicut ergo totius est corporis pie vivere, ita totius est temporis crucem ferre: quae merito ferri unicuique suadetur, quia propriis modis atque mensuris ab unoquoque toleratur. Unum nomen est persecutiōnis, sed non una est causa certaminis: et plus plerumque periculi est in insidiatore occulto, quam in hoste manifesto


Ps 21, 11.17.21 *¶ Idem, 2*



N próxi-mo est tribu-lá-ti-o me- a, Dó- mi-




ne, et non est qui ádju- vet ; ut fó- di- ant ma-



nus me- as et pe- des me- os : \* Líbe-ra me de o-




re le- ó- nis, ut nar-rem nomen tu- um frá- tri-




bus me- is. *¶* De- us, De- us me-us, ré-spi-ce in me,

In secundo nocturno



qua- re me de-re- liquísti, longe a sa- lú- te me-



a. \* Líbe-ra me.

**Lector:**

Jube, Dómnne, benedícere.

**Præsídium chori:**


A cunctis víitiis et peccátis \* absólvat nos virtus sanctæ Trinitátis.

**R̄.** Amen.

**Lectio VIII**

**B**eátus Job, alternántibus bonis ac malis mundi hujus erudítus, pie veracitérque dicébat: Nonne tentátio est vita hóminis super terram? Quóniam non solis dolóribus córporis atque supplíciis ánima fidélis impétitur, verum étiam, salva incolumitáte membrórum, gravi morbo urgétur, si carnis voluptáte mollítur. Sed cum caro concupíscit advérsus spíritum, spíritus autem advérsus carnem; præsidio crucis Christi mens ratiónalis instrúitur, nec cupiditátibus nóxiis illécta conséntit, quóniam continéntiæ cla-vis et Dei timóre transfígitur.

*Ps 70, 10-12 V̄. Idem, 8-9*



**Q**ui custo- di- é-bant ánimam me- am, consí-



li- um fecé-runt in u-num, di- cén- tes : De- us de-re-lí-

In secundo nocturno




quit e- um ; \* Per- se-quí- mi-ni et compre-héndi-te e-



um, qui- a non est qui líbe- ret e- um. De- us me- us,




ne lónge- as a me ; De- us me- us, in adju- tó- ri- um




me- um in- tén- de. Ƶ. Omnes in- i- mí- ci me- i ad-



vér- sum me co- gi- tábant ma- la mi- hi ; verbum in- íquum man-




da- vé- runt advérsum me, di- cén- tes : \* Per- se-quí-



mi- ni. ƶ. Qui cu- sto- di- é- bant.

7Ant  
VIII c

**E** Go gló-ri- am me- am non quæ-ro: est qui quærat et jú



di-cet. E u o u a e.

**Canticum Jeremiæ**

*Jer. 14,17-21*

**D**edúcant óculi mei lácrimam per noctem et **diem**, \* *et non táceant*,

**2** Quóniam contritióne magna contríta est virgo fília pópuli **mei**, \* plaga péssima *vehemén-ter*.

**3** Si egréssus fúero ad agros, ecce occísi **gládio** : \* et si introíero in civitátem, ecce attenuáti **fame**.

**4** Prophéta quoque et sacérdos abiérunt in **terram** \* quam *ignorábant*.

**5** Numquid projíciens abjecísti **Judam** ? \* aut Sion abomináta est *ánima tua* ?

**6** Quare ergo percussísti nos \* ita ut *nulla sit sánitas* ?

**7** Exspectávimus pacem, et non est **bonum** : \* et tempus cura-tiónis, et ecce *turbátio*.

**8** Cognóvimus, Dómine, im-pietátes nostras, † iniquitátes pa-trum **nostrórum**, \* quia peccávi-mus **tibi**.

**9** Ne des nos in oppróbrium, propter nomen **tuum**, \* neque fácias nobis contuméliam sólii glóriæ **tuæ** :

**10** Recordáre, \* ne írritum fácias fœdus tuum *nobíscum*.

**Canticum Jeremiæ**

*Lam 5,1-7, 15-17, 19-21*

**R**ecordáre, Dómine, quid **accíderit nobis** ; \* intuére et réspice oppróbrium **nostrum**.

**2** Hæréditas nostra versa est ad aliénos, \* domus nostræ *ad extráneos*.

**3** Pupílli facti sumus absque **patre**, \* matres nostræ *quasi víduæ*.

**4** Aquam nostram pecúnia **bíbi-mus** ; \* ligna nostra prétió *com-parávimus*.

**5** Cervícibus nostris mi-nabámur, \* lassis non *dabátur réquies*.

**6** Ægýpto dédimus manum et Assýriis, \*ut saturarémur **pane**.

**7** Patres nostri peccavérunt, et **non** sunt : \*et nos iniquitátes eórum *portávimus*.

**8** Defécit gáudium cordis **nos-**  
tri ; \* versus est in luctum *chorus*  
**noster**.

**9** Cécidit coróna cápitis **nostri** : \*  
væ nobis, quia *peccávimus* !

**10** Proptérea mœstum factum est  
cor **nostrum** ; \* ídeo contenebráti  
sunt *óculi* **nostri**,

**11** Tu autem, Dómine, in  
ætérnum permanébis, \* sólium  
tuum in generatióem et genera-  
tiónem.

**12** Quare in perpétuum obliviscé-  
ris **nostri** ? \* derelínques nos in  
longitúdine *diérum* ?

**13** Convérte nos, Dómine, ad te,  
et convertémur ; \* ínnova dies  
nostros, sicut *a princípio*.

**Canticum Ezechielis**

*Ez 36, 24-28*

**T**ollam quippe vos de génti-  
bus, † et congregábo vos de

univérsis **terris**, \* et addúcam vos  
in *terram vestram*.


**2** Et effúndam super vos aquam  
mundam, † et mundabímmini ab  
ómnibus inquinaméntis **vestris**, \*  
et ab univérsis idólis *vestris*  
**mundábo** vos.

**3** Et dabo vobis cor **novum**, \* et  
spíritum novum ponam in *médio*  
**vestri** ;


**4** Et áuferam cor lapídeum de  
carne **vestra**, \* et dabo *vobis cor*  
**cárneum**.

**5** Et spíritum meum ponam in  
médio **vestri** : † et fáciam ut in  
præcéptis meis ambulétis, \* et  
judícia mea custodiátis et *operé-*  
**mini**.

**6** Et habitábitis in terra quam de-  
di pátribus **vestris** : † et éritis mi-  
hi in **pópulum**, \* et ego ero *vobis*  
**in Deum**.



E- go gló-ri-am me- am non quæ-ro: est qui quæ-rat et jú



di-cet.

**℣.** Ne perdas cum ímpiis ánimam meam.

**℞.** Et cum viris sánguinum vitam meam.

**Absolutio.**

**A** vínculis peccatórum nostrórum \* absólvat nos omnípotens et mi-  
séricors Dóminus.

**℞.** Amen.

In tertio nocturno

Lector:

Jube, Dómnne, benedícere.

Præsídium chori:

Evangélica lectio \* sit nobis salus et protéctio.

℞. Amen.

Léctio sancti Evangélii secúndum Joánnem

Lectio IX

Cap. 8

**I**n illo témpore : Dicébat Jesus turbis Judæórum: Quis ex vobis arguet me de peccáto? Si veritátem dico vobis, quare non créditis mihi? Et reliqua.

Homília sancti Gregórii Papæ

Hom 18 in Evangelio, n.1 et 2

**P**ensáte, fratres caríssimi, mansuetúdinem Dei. Relaxáre peccáta vénerat, et dicébat: Quis ex vobis árguet me de peccáto? Non de- dignáatur ex ratióne osténdere, se peccatórem non esse, qui ex virtúte divinitátis póterat peccatóres justificáre. Sed terríbile est valde, quod súbditur: Qui ex Deo est, verba Dei audit: proptérea vos non audítis, quia ex Deo non estis. Si enim ipse verba Dei audit, qui ex Deo est, et audíre verba ejus non potest, quisquis ex illo non est: intéroget se unusquisque, si verba Dei in aure cordis pércipit; et intélliget, unde sit.

Ps 37, 7-8.12 ℣. Idem, 13

℞. IV



**T** O-ta di- e contri- stá-tus ingre- di- é- bar



Dó- mi- ne, quó-ni- am á- ni- ma me- a complé- ta est il-




lu- si- ó- ni- bus, \* Et vim fa- ci- é-bant, qui quæ- ré-



In tertio nocturno



bant á- ni- mam me- am. V̇. Et qui inqui- rébant



ma- la mi- hi, locú- ti sunt va- ni- tá- tes, et do- los to- ta di- e



me- di- ta- bân- tur. \* Et vim.

**Lector:**

Jube, Dómnne, benedícere.

**Præsidium chori:**

Ille nos benedícat \* qui sine fine vivit et regnat.

**Ṙ.** Amen.

**Lectio X**

**C**æléstem pátriam desideráre Véritas jubet, carnis desidéria cónteri, mundi glóriam declináre, aliéna non appétere, própria largíri. Penset ergo apud se unusquísque vestrum, si hæc vox Dei in cordis ejus aure conváluit, et quia jam ex Deo sit, agnóscit. Nam sunt nonnúlli, qui præcépta Dei nec aure córporis percípere dignántur. Et sunt nonnúlli, qui haec quidem córporis aure percípiunt, sed nullo ea mentis desidério complectúntur. Et sunt nonnúlli, qui libénter verba Dei suscípiunt, ita ut étiam in fléribus compungántur, sed post lacrimárum tempus ad iniquitátem rédeunt.

Ps 68, 8 V̇. Ps 139, 2




**Ṙ. II**


**N**

E a- vér- tas fáci- em tu- am a pú- e- ro


In tertio nocturno



tu-o, Dó-mi- ne ; \* Quó- ni- am trí- bu- lor, ve-ló-



ci-ter ex- áudi me. V̇ E-ri- pe me, Dó-mi-ne, ab hómi-ne



ma- lo. \* Quó- ni- am.

**Lector:**

Jube, Dómnne, benedícere.


**Præsidium chori:**

Divínium auxiliúm \* máneat semper nobíscum.

**Ṙ** Amen.

**Lectio XI**

**H**i profecto verba Dei non áudiunt, qui hæc exércere in ópere contémunt. Vitam ergo vestram, fratres caríssimi, ante mentis óculos revocáte, et alta consideratióne pertiméscite hoc, quod ex ore Veritátis sonat: Propterea vos non audítis, qui ex Deo non estis. Sed hoc quo de réprobis Véritas lóquitur, ipsi hoc de semetípsis réprobi iníquis suis opéribus osténdunt: nam séquitur: Respondérunt ígitur Judæi et dixerunt ei: Nonne bene dícimus nos, quia Samaritánus es tu, et dæuónium habes ?




**Q**

uis da- bit cá-pi- ti me- o a- quam, et ó-cu- lis


In tertio nocturno



me- is fon- tem la-cri- má- rum ? et plo-rá- bo di- e ac



noc- te, qui- a fra- ter in- í- quus supplantá- vit me, \* Et



om-nis ámi- cus frau- du- lén- ter de- cé-pit



me. Ƿ. Fi- ant vi- æ e- ó- rum ténebræ et lú- bri- cum,



et án-ge- lus Dómi- ni pérse- quens e- os. \* Et om-nis.

**Lector:**

Jube, Dómnne, benedícere.

**Præsidium chori:**

Ad societátem cívium supernórum \* perdúcat nos Rex Angelórum.

**R̄.** Amen.


**Lectio XII**

**A**ccépta autem tanta contumélia, quid Dóminus respóndeat, audiámus: Ego dæmónium non hábeo, sed honorífico Patrem meum, et vos inhonorástis me. Quia enim Samaritánus interpretátur custos: et ipse veráciter custos est, de quo Psalmísta ait: Nisi Dóminus custodíerit civitátem, in vanum vígilant qui custódiunt eam: et cui per Isaíam dícitur: Custos, quid de nocte? custos, quid de nocte? respon-

In tertio nocturno

dére nóluit Dóminus, Samaritánus non sum; sed, Ego dæmónium non hábeo. Duo quippe ei illáta fuérunt: unum negávit, aliud tacéndo consénsit

Ps 34, 20.22.; Ps 54,4 ✠ Ps 40,8



**P** Ací- fi-ce loquebántur mi-hi in-i-mí-ci



me- i, et in i- ra mo-lé- sti e- rant mi-




hi. \* Vi- dísti, Dó-mi- ne, ne sí- le- as, ne discé-



das a me. ✠ Omnes in-i-mí-ci me- i, advérsum



me co- gi- tá- bant ma-la mi- hi, verbum in- íquum mandavé-




runt ad-vér-sum me. \* Vi-dí- sti. R. Pa- cí- fi- ce


In tertio nocturno

Te Deum  
Hymnus. III et IV


**T**   
E De- um laudá-mus, \* te Dóminum confi- té- mur.



Te æ-térnum Patrem omnis terra vene- rá- tur. Ti-bi om-




nes Ange- li, ti-bi cæli et uni-vérsæ potestá- tes : Ti-bi



Ché-rubim et Séraphim incessá-bi-li voce proclá- mant: Sanctus,



Sanctus, Sanctus Dómi-nus De-us Sába- oth. Ple-ni sunt cæli et




terra majestá-tis gló-ri- æ tu- æ. Te glori- ósus Apostoló-rum



cho- rus, Te Prophe-tá-rum laudá-bi-lis núme-rus, Te Mártyrum

In tertio nocturno



candidá-tus laudat exérci- tus. Te per orbem terrárum sancta




confi- tétur Ecclé-si- a, Pa- trem imménsæ ma-jestá- tis; Ve-



ne-rándum tu- um ve-rum et ú-nicum Fí- li- um; Sanctum quoque




Pa-rácli-tum Spí-ri- tum. Tu Rex gló- ri- æ, Chri-ste. Tu Patris sem-



pi-tér-nus es Fí-li- us. Tu, ad libe- rándum susceptú-rus hómi-nem:



non horru- í-sti Vír-ginis ú-te-rum. Tu, devícto mortis acú-le- o, a-



pe-ru- ísti credén-tibus regna cæ-ló- rum. Tu ad déx-teram De- i se-



des, in gló- ri- a Pa- tris. Judex créde- ris esse ventú- rus. Te ergo

In tertio nocturno



quæsumus, tu- is fámu-lis súbve- ni, quos pre- ti-ó-so sán-gui-ne red-



emí- sti. Æ-térna fac cum Sanctis tu- is in gló-ri- a nume-



rá- ri. Salvum fac pópu-lum tu-um, Dómi-ne, et béne- dic



he-re-di-tá- ti tu- æ. Et re-ge e- os, et extól-le illos usque




in ætér- num. Per síngu-los di- es bene- dícimus te. Et laudá-mus



nomen tu-um in sáecu-lum, et in sáe- culum sáecu- li. Digná-re, Dó-




mi-ne, di- e isto sine peccá-to nos custodí- re. Mi-se-rére nostri,



Dómi- ne, mise- rére nostri. Fi- at mi-se-ri-cór-di- a tu- a, Dómi-

In tertio nocturno



mi-ne, su-per nos, quemádmodum sperá- vimus in te. In te, Dó-



mine, spe-rá- vi: non confún-dar in æ-tér- num.

℣. Dóminus vobíscum

℞. Et cum spírítu tuo.

℣. Sequéntia sancti Evangélli secundum Joánnem

℣. Glória tibi, Dómine.

*Cap 8, 46-59*

**I**n illo témpore : Dicébat Jesus turbis Judæórum : Quis ex vobis árguet me de peccáto ? si veritátem dico vobis, quare non créditis mihi ? Qui ex Deo est, verba Dei audit. Proptérea vos non audítis, quia ex Deo non estis. Respondérunt ergo Judæi, et dixerunt ei : Nonne bene dícimus nos quia Samaritánus es tu, et dæmónium habes ? Respóndit Jesus : Ego dæmónium non hábeo : sed honorífico Patrem meum, et vos inhonorástis me. Ego autem non quæro glóriam meam : est qui quærat, et júdicet. Amen, amen dico vobis : si quis sermónem meum serváverit, mortem non vidébit in ætérnum. Dixerunt ergo Judæi : Nunc cognóvimus quia dæmónium habes. Ábraham mórtuus est, et prophétæ ; et tu dicis : Si quis sermónem meum serváverit, non gustábit mortem in ætérnum. Numquid tu major es patre nostro Ábraham, qui mórtuus est ? et prophétæ mórtui sunt. Quem téipsum facis ? Respóndit Jesus : Si ego glorífico meípsum, glória mea nihil est : est Pater meus, qui gloríficat me, quem vos dicitis quia Deus vester est, et non cognovístis eum : ego autem novi eum. Et si díxero quia non scio eum, ero símilis vobis, mendax. Sed scio eum, et sermónem ejus servo. Abraham pater vester exsultávit ut vidéret diem meum : vidit, et gávísus est. Dixerunt ergo Judæi ad eum :




In tertio nocturno

Quinquaginta annos nondum habes, et Abraham vidisti ? Dixit eis Jesus : Amen, amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum. Tulerunt ergo lapides, ut jacerent in eum : Jesus autem abscondit se, et exivit de templo.

℞ Amen.

Hymnus

II  
**T**



E Decet laus, Te Decet Hymnus, ti-bi gló-ri-a De-  
o Pa-tri et Fí-li-o, cum Sancto Spí-ri-tu, in sæcu-la sæ-cu-  
ló-rum. A- men.

Orémus

**Q**æsumus, omnipotens Deus, famíliam tuam propítius réspice: \* ut, te largiénte, regátur in córpore; et te servánte, custodiátur in mente. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, \* qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

℞ Amen.

℣ Dóminus vobíscum

℞ Et cum Spíritu tuo.


Cantor :



Bene- di- cámus Dó- mino.

In tertio nocturno

Chorus:



De- o grá- ti- as.

℣. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace.

℟. Amen.